

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Pro quibus offerri possit, & debeat Missæ sacrificiu[m]. 5

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

menta nomine ipsius Christi sacerdotes conficiunt, sed quia Christus non immediatè, sed mediata illa conficit, sacerdotes non in persona Christi, sed in propria persona loquuntur. Cum ergo in confectione huius sacramenti diutinum procedant, tamen indicatur Christum Dominum in hoc sacramento speciali modo concurrens, scilicet immediatè, & proximè. Ad quartum nego hunc concursum, immidiatum in sacrificio de- decere personam Christi, tamen orationes illum dedeant. Aliud enim est orare, vt sacrificium acceptum sit, & nobis pro- fit, aliud ipsum sacrificium conficer, & offerre, & oblatu consumere. Orationes namque cum non sint à Christo instituta, sed ab Ecclesia, & nomine Ecclesiae fiant, mirum non est quod ad illas immediatè Christus non concurrit. At conlocatio, oblatio, & consumptio cum sint à Christo instituta, & nomine ipsius fiant; bene possunt fieri à Christo. Fator tamen hunc immediatum concursum necessarium non esse valori, & dignitati sacrificij Missæ; at esse nimis conuenientem ob rationes dictas in probatione conclusionis.

## P V N C T V M V.

Pro quibus offerri possit, & debeat Missæ sacrificium.

1. Premittuntur aliqua certa.
2. Pro omnibus viuis offerre hoc sacrificium potest.
3. Examinatur, an pro infidelibus offerre sacrificium possit ex directa intentione ut conuerterantur. Affirmant aliqui.
4. Verius est oppositum.
5. Solvuntur coarctata rationes.
6. Obicitur texus in c. Apostolicam de presbytero non bap- tizato, cui facere videatur Ambros.
7. Explicatur predictus texus, & Ambros.
8. Pro quibus defunctis hoc sacrificium offerri possit expenditur.

1. **M**issæ sacrificium pro aliquo offertur, cum in eius commodum, & vietatem offertur. Dupliciter autem sacrificium offere potes, vel ut persona priuata, vel ut publica à Christo, vel Ecclesia constitutus. Item ut effectum habeat ex opere operato, & virtute sacrificij, vel ut effectum habeat ex opere operantis, sicut quodlibet alius bonum opus. His positis.
2. Dicendum est te posse non solum ut priuaram per- sonam, sed ut publicam & nomine Christi, & Ecclesiam hoc sacrificium tam pro viuis, quam pro defunctis offerre. Constat ex Trident. sess. 22. cap. 2. Sed in quorum viuorum, & defunctorum utilitatem hoc sacrificium offerri possit, pergitus ex- plicare.

Et quidem pro omnibus viuis tam fidelibus, quam infide- libus, & excommunicatis te posse ut personam priuatam, seu nomine proprio hoc sacrificium offerre communis est ten- tativa. Nam cum omnes capaces sint alterius doni spiritualis vel temporalis recipiendi, in illius confectionem sacrificium offerre potes, sicut & quodlibet bonus opus, maxime cum haec oblatio singularis nullibi inueniatur prohibita. At ut per- sona publica, & nomine Christi, & Ecclesiae nequis pro ex- communicatis offerre, quia hi ab Ecclesia, & suorum bonorum participatione sunt præstati, uti confat ex c. à nobis cap. Iacobi. De sentent. excommunicat. Quod si haec prohibitione non obstante sacrificium pro excommunicato applices, eteo probabilius applicationem nomine Christi factam firmam esse, & effectum habituram pro illorum capacitatem, quia haec applicatio ex potestate ordinis à Christo accepta prouenit, quam Ecclesia impedit non potest, tamen si vnum illius possit prohibere. Secus vero est dicendum de applicatione nomine Ecclesie facta, haec enim contra voluntatem Ecclesie effectum ha- bere non potest. Si Agid. de Coninch. q. 8. art. 1. dub. 9. q. 6. art. 2.

Pio reliquo fidibus quantumvis peccatores existant, nome Christi, & Ecclesiae offerre sacrificium potes, & debes, quia & ipsi capaces sunt alterius boni obtinendi scilicet con- versionis, & nullibi inueniuntur exclusi, quinimo in oblatione Missæ omnes comprehenduntur iuxta Trident. sess. 22. cap. 2. Quocirca si aliquem velis ab hac communi oblatione excludere, non leuis odij indicium esset, graueque peccatum committeres, sicut colliguntur ex S. Thom. 2. 2. quæf. 25. art. 8. & 9. Nauarr. c. 19. de orat. n. 120. Suar. disp. 68. sect. 2. & Bonac. alias referens. disp. 4. q. vlt. pun. 5. n. 3.

Pro infidelibus, seu non baptizatis nulla est obligatio hoc sacrificium offerendi, quia in oblatione ab Ecclesia instituta hi non comprehenduntur. Nam licet cum calix offertur, offer- tur pro totius mundi salute, ex qua oblatione pro infide- lium conversione videatur offerri. Non enim totius mundi salutis obtinet potest, nisi infidelibus conversionis, attemen pro illis non directe, sed indirecte offerri, siquidem in hac obla- tionem non tam eorum bonum, quam bonum fidei, & Ecclesie augmentum spectatur.

3. An vero pro iis infidelibus directe ex directa inquam

intentione ut conuerterantur, hoc sacrificium in persona Christi & Ecclesiae offerre possit, vt fructum ex opere operato in illis habeat? Doctores diversi sunt. Affirmant Bellarm. lib. 2. de Miss. c. 6. Henr. lib. 9. c. 5. n. 6. Suar. disp. 78. sect. 2. conc. 3. Eman. Saâ, verbo Missæ. n. 40. Agid. de Coninch. q. 8. art. 1. dub. 9. conc. 3. rametsi in fine illius conclusiois contrarium indicet. Filiuc. tract. 5. cap. 2. quæf. 9. Bonac. disp. 4. q. vlt. pun. 5. n. 4. Layman. lib. 5. tract. 5. cap. 2. à num. 6. Moventur primo, quia hi infideles indigent ad fidem conuerti, quam conuersione tem orationibus, tum sacrificii procurare gratum Deo, & pietati Christianæ, conforme esse videtur. Non igitur est prohibiti. Secundo sacrificium crucis pro iis omnibus directe oblatum est, fuit enim uniuersalis omnium redemptio, & satisfactio. Ergo & sa- crificij Missæ, quod idem est pro omnibus, offerri potest, vt sic vnum sacrificium cum alio conuenientia habeat. Tertiò in antiqua lege offerebant sacrificia directe pro infidelib[us] conuersione, pro Dario 1. Esdræ 6. pro Spartiatis 1. Machab. 12. pro Heliodoro 2. Machab. 3. Sed nostrum sacrificium veteribus sa- crificiis excellentius est. Ergo si vetera sacrificia pro infidelibus offerri poterant, illisque prodebet, à fortiori nostrū sacrificium pro illis offerri potest, & prodebet. Quartū plures partes restantur orationes, & oblationes pro infidelibus ab Ecclesia offerri. Sic testatur Clemens Roman. lib. 8. constitut. c. 6. alias 7. & cap. 11. alias 22. Calestin. Epist. 1. ad Episcopos Gallar. c. 11. August. epist. 10. ad Vitaliem. Chrysoft. de Adam. & Eva pau- lo ante finem, & hom. 77. in Ioann. sub finem. & fauer Paul. 1. ad Timor. 2. vbi præcipit orationes, & oblationes pro omnibus fieri, specialiter pro Regibus, qui tunc erant infideles, quem locum explicans idem Chrysoft. hom. 8. in princ. August. epist. 59. ad 5. quest. & alij expressis verbis affirmant pro ethni- cis oblationes, & orationes fundendas esse. At via ex præci- piti orationibus est deprecatio, quæ medio sacrificio oblatu fieri potest. Ergo. Denique in die paracœus pro catechumenis, & infidelibus specialiter Ecclesia orat. Signum ergo est eos non esse à sacrificio penitus exclusos.

4. Nihilominus verius existim pro infidelibus etiam catechumenis, qui per baptismum in fide generati non sunt, licetum non esse, nec fuisse sacrificium Missæ nomine Christi, & Ecclesiae applicare non solum pro obtinenda penitentia temporalis peccatis debita remissione, sed neque pro obtinendo aliquo spirituali, vel temporali bono. Sic docuit Gabr. in lect. 34. in can. litt. A. Dominic. Sotus. lib. 9. de insit. q. 2. art. 2. ad 3. S. At quia & in 4. disp. 11. quest. 2. art. 7. ad 2. Vsq. disp. 22. 7. c. 3. & seqq. Azor. 1. p. lib. 10. c. 22. q. 1. Bartholom. ab Angelo dis- log. 5. §. 48. & alij, & videtur esse expresa sententia August. lib. 1. de anima, & eius orig. cap. 9. ante med. in 7. t. vbi aduersus Vincentum Pelagianum probat pro parvulis decadentibus ante baptismum sacrificium offerri non posse, eo solum quia non sunt per baptismum, vel Matyrium regenerati. Quis enim (inquit) offerat corpus Christi, nisi pro eis qui sunt membra Christi, nemo autem sit membrum Christi nisi ab baptismate in Christo, aut morte pro Christo. Cum Ergo haec ratio non solum parvulos, sed viuos adultos non baptizatos comprehendat, efficiunt ex sententia August. pro ipso offerri sacrificium non posse, quod ipse August. eo lib. cap. 11. expressis verbis in- dicavit. Id est clarissimus verbis expressis cœcil. Bacharen. 1. can. 35. & Chrysoft. hom. 69. ad pop. Antioch. & form. 3. in epist. ad Philipp. in moralis exposit. D. Thom. q. 79. art. 7. ad 2. Ratio effi- cax est. Quia non est credendum Christum Dominum Eucha- ristiam in ratione sacrificij instituisse pro iis, pro quibus in ratione sacramentum non instituit, neque effectum sacrificij communicandum esse, quibus sacramenta communicari non possunt. Præterea si sacrificium Missæ ex opere operato effec- tum habere posset in non baptizatis, ut quid Ecclesia cate- chumenos peractis orationibus, & finita lectione Euangelica excludet, ne oblationi consecrationi, & consumptioni praef- fentes essent?

5. Neque obstant rationes contrarie. Ad primam con- cedo gratissimum esse Deo conuersione infidelium procu- rare, mediis tamen à Christo institutis. Cum autem sacrificium Eucharisticum institutum non sit, vt pro ipso infidelibus directe offeratur non potest Deo esse gratum illorum bonum illius oblatione procurare. Ad secundum concedo sa- crificium crucis pro omnibus oblatum esse, quia fuit oblatum per modum meriti. At sacrificium Eucharisticum non offeratur per modum meriti, sed meritum crucis quod in ipso conti- netur, instar sacramenti applicatur: cum autem sacramentum applicari non possit iis, qui non sunt membra Christi & Ecclesie, neque sacrificium applicari potest. Ad 3. concedo sa- crificia veteris legis applicari porcuile pro gentibus, aliisque nationibus à Iudeis, non quidem ut effectum haberent ex opere operato, sed ex merito, & intercessione operantis: qua ratione etiam sacrificium Eucharisticum diximus applicari posse infidelibus, iesu ut eff. cū habeat ex opere operato, & in istar sacramenta.

Ad 4. concedo olim plures orationes direc- te pro infidelibus fundi à sacerdote nomine Christi & Ecclesiae, nunquam tamen fuisse sacrificium oblatum, quia ad orationis fructum infideles capaces sunt, secus vero ad finem

Etum sacrificij utpote pro fidelibus rantum intituti. Adde praesenti tempore solum in die Paracœus nomine Ecclesia sacerdotem pro gentibus non baptizatis orare, tum vi indicis neminem à passione Christi, quæ tunc specialiter commemoratur, exclusum esse. Tum quia eo die sacrificium non offeratur, quo factò indicatur orationem pro iis offerri posse, sed non sacrificium.

6. Quod si obiectas texum in cap. *Apostolicam sedem*, de Presbytero non baptizato, vbi interrogatus Innocent. an possint nomine Ecclesia orationes fundi pro presbitero qui è vita decessit credens eis baptizatum, cum tamen baptizatum non esset, respondit Episcopo Cremonen. sotpis questionibus Doctorum. Partim sententias tenet, & in Ecclesia tua iuges preces, hostiasque Deo offerri iubea pro presbitero memorato. Nominis autem hostias sacrificium Missa intellexisse videtur, siquidem in Ecclesia nihil aliud est quod propriè hostia nuncupetur, idque clare denotat testimonium Ambro. in orat. de obitu Valentin. Imperatoris decadentis è vita, cum ad baptismum properaret, quo Innocent. questionem sibi propitata decidit. Inquit enim Ambro. Date manus sancta mysteria, pio requiem ei postcasum affectu. Date sacramenta coelestia, animam piam nostram oblationibus prosequamur: que verba sine dubio iadicane & Ambrofum, & Innocent. sentire pro hominibus sine baptismō decadentibus, atramen illum desiderantibus sacrificia offerri posse. Id ipsum non leuitur confirmant quae referuntur cap. 20. libri scripti *Ordo Romana*. ibi enim apponitur Missa, quæ celebrari confuerat, cum catechumeni ad baptismum eligebantur, in cuius oratione infra actionem dicitur: Hanc igitur oblationem seruitur nostræ, sed & cunctæ familie tue quæsumus Domine, vt placatus accipias, quam tibi offerimus pro famulis, & famulabus tuis, quos ad æternam vitam, & beatum gratiam tuæ donum eligere, atque vocare dignatus es. Cum igitur catechumeni sint qui fuerint electi, & vocati, pro iis sacrificium concinuit oblatum esse. Quod expressius significatur in oratione ibidem relata, cum catechumeni in primo scrutinio electi erant. Sic enim sacerdos orabat. Exaudi nos omnipotens Deus, & famulos tuos fidei Christianæ primis huius sacrificij tribus operatione mundari. Offeretur ergo sacrificium pro ipsiis catechumenis immediatè.

7. Responde neque Innocent. neque Ambro. de sacrificio fuisse locutos, sed de oratione, vt docuit ibi Glossa in figurae calus, & de elemosynis, quæ hostiae, & sacrificia sapientur, probabilem habent expositionem, si dicas eas orationes, & oblationes non fundi pro famulis, & famulibus electis, nec dum baptizatis, sed pro ipsis qui ab baptismum electi fuerunt, & quibus fuit baptinus collatus. Quod si de catechumenis nondum baptizatis sint intelligenda vt verius videtur, siquidem ea orationes proferebantur antequam illis baptismus esset collatus, respondere debes pro ipsis offerri non immediate & directè, sed mediata, vt offerri pro ipsis, quia ex tempore Ecclesia Romana sequitur est opinione probabilem, affirmantem pro catechumenis offerri sacrificium posse, & quo vi rem exactius considerans abstinuit. Neque est inconveniens, quod Ecclesia in iis qua ad sacramentorum administrationem accidentaliter pertinent aliquando quoad factum, & materialiter minus fecutæ, & veritati conformis processerit, vt latius tradit Vals. dicta disp. 227. cap. 3. num. 22.

Hucusque diximus de viuis, pro quibus hoc sacrificium nomine Christi, & Ecclesia offerri potest, superest dicendum de defunctis. Hi namque sunt in quadruplici differentia: Bouri, damnati, decadentes sola originali culpa, in purgatorio existentes. Pro beatis namque offerri hoc sacrificium directè non potest, quia neque satisfactione villa, neque bono aliquo indigent, ideoque dixit Innocent. in cap. *cum Marthæ de celebrat. Missar.* iniuriam facere Martyni qui orat pro Martye, offeritur tamen in illorum memoriam, & honorem, quia non leuitur honorantur Sancti si in gratiarum actionem pro victoribus ab eisdem obtentis sacrificium Missa Deo offeratur. Sicuti dixit Trident. *disp. 22. cap. 3.* Pro damnatis nequaquam sacrificium offerri potest, quia sunt extra statum salutis, neque poena peccatis debita remissionem habere potest, sicuti definitur cap. *obstantibus 13. quæst. 2.* & in concil. Brachav. *i. cap. 3.* Si enim pro iis orationes fundi non possunt, nec sacrificia possunt offerri. Neque his obstat texus in cap. *tempus 13. quæst. 2.* vbi ex August. in Enchirid. *cap. 109.* & 110. refertur sacrificia offerri pro baptizatis omnibus, pro valde bonis in gratiarum actionem, pro non valde malis in propitiationem, pro valde malis in qualcumque viuorum consolationem. Sicut ergo August. pro damnatis sacrificium offerri posse, ij enim tub valde malis videntur intelligendi, sicuti placet *Glossa in dicto capite*. Non inquam obstat, quia vi ex eodem texu colligitur, solum offerri sacrificium potest pro iis, qui cum in vita existenter, sibi prodest: postea sacrificium meruerunt; & decadentes in mortali nunquam hoc meritum habere possunt. Quocirca mediocriter malos, & valde malos existen-

tes in purgatorio intellexit August. qui virtute sacrificij à pena liberantur, vel saltem tolerabilior sit eorum damnatio, quia præna aliquantulum remittitur. Sic explicuit S. Thom. in 4. diff. 45. quæst. 2. art. 2. q. 1. ad 2. Quod si August. pro defunctis valde bonis beatos intellexit, pro non valde malis existentes in purgatorio, pro valde malis damnatos, dicendum est iudicasse pro omnibus iis sacrificium offerri posse, dum neque in celo, neque in inferno, neque in purgatorio cognoscuntur esse, vt ipsis proficit eo modo, quo fieri possit, beatis in honore & gloriā, existentibus in purgatorio in peccatorum expiationem, damnatis in viuorum consolationem, quæ tolerabilior sit eorum damnatio, tametsi peccata inflicta nulla sit remissio. Pro decadentibus in peccato originali ne, quaquam sacrificium offerre potest, quia ij inter damnatos computantur, cum sint extra statum salutis, neque ab eo statu liberari possunt. Superest ergo vt solum pro existentibus in purgatorio sacrificium directè offerre possit, tam vt est satisfactorium, quæm vt est impenetratorum. Ex Trident. *disp. 22. c. 2.* & can. 3. & in his terè omnes Doctores conueniunt, quos peruvacaneum duxi recensere.

## P V N C T V M VI.

Quos effectus habeat Missæ sacrificium, & quam intentionem, & applicationem fæcinos habere debeat, vt prædicti effectus obtineantur.

1. Triplum effectum Missæ sacrificium habere potest, & quælis sit.
2. An hoc sacrificium remittat peccata mortalia in attrito? Proponitur ratio dubitandi.
3. Communis sententia negat sacrificio hanc virtutem.
4. Soluitur dubitandi ratio.
5. Iustis ex opere operato augmentum gratia non concedit.
6. Neque immediate peccata venialia remittit.
7. Paenitentia pro peccatis debitis immediate remittit.
8. Impetratorum est donorum tum spiritualium, tum temporalium.
9. Qui ex predictis effectibus infallibiliter conferantur.
10. An de hanc concessionem virtutem habeat infinitam? Proponitur negativa pars.
11. Aberrans affirmativa.
12. Obiectio proponitur, & sit sat.
13. Aque sacrificium singulis prodest pro pluribus oblatum, ac si pro singulis oblatum esset.
14. Obiectio proponitur, illisque sit sat.
15. Quam dipositionem habere debeant y, pro quibus sacrificium offeratur.
16. De intentione requisita, vt effectus sacrificij obtineatur.
17. Validè, & licet applicari posse sacrificium sub conditione contingente docuit Nauarra.
18. Verius est oppositum. Et quid Clemens VIII. in hac parte statuit.
19. Exequias, & officium defunctorum qualiter pro se possit quia celebrare.

1. **M**issa sacrificium huc quodlibet bonum opus triplum effectum habet, nempe satisfactionem pro culpis commissis, meritum gratiae, & glorie, & imperatio- nem alieui beneficij à Deo conferendi. Hoc effectus explicuit Trident. *disp. 22. cap. 1. & 2.* Oriti autem possunt hi effectus ab oblatione sacerdotis. Tum quatenus Christi persona induit, & nomine Christi sacrificium æternæ Patri offert. Tum quatenus induit personam Ecclesie, & nomine Ecclesie sacrificat. Tum quatenus est persona singularis, & nomine propriæ sacrificij præsentat. Secundum omnes predictas rationes ea oblatio & satisfactoria, imperatoria, & meritoria est. Non quia Christus Dominus denuo sacrificat, impetrat, & mereatur, et enim extra statum salutis satisfaciendi, & merendi, & in multorum sententiis imperandi. Sed quia sacerdos personam Christi gerens, applicansque illius meritum, satisfactionem, & impetracionem in oblatione ex divina institutione contenta, satisfacit, impetrat, & mereatur: impetrat & satisfacit, & sibi, & aliis, meriti autem ibi solum potest. Ecclesia vero medio sacerdote officiens pro peccatis viorum fidelium satisfacit, illisque beneficia impetrat, mereri tamen nequit, quia nemini à Christo datum est mereri alterius peccati remissionem, nec gratiae augmentum: mereti autem sibi non possunt iusti quatenus hoc sacrificium offerunt, quia in singulorum potestate libera non est sacrificium. Quapropter solus sacerdos nomine proprio sacrificium offerens sibi, & aliis impetrare, & satisfacere potest, mereri vero sibi raro. Vide Cordub. *lib. 1. quæst. 3.* Petri. Nauarr. *lib. 2. de restit. cap. 2. difficult. 6. & num. 248.* in noua edit. Sua. *disput. 79. disp. 1. & 2. Valsq. disput. 229. cap. 2.*